

gilijs et missa sollemniter celebrando,, Jtem do et lego eidem ecclesie beate virginis scaris centum marchas denariorum, ita quod viginti marche de ipsis ad ornatum interiorem eiusdem ecclesie et octoginta marche ad fabricam deputentur,, Jtem do et lego capitulo scarensi duos baldikinos,, Ecclesie beati petri ibidem marcham et aliam sacerdoti, Ecclesie beati laurencij ibidem, marcham. et aliam sacerdoti ac ecclesie beati nicolai ibidem marcham et aliam sacerdoti,, Jtem do et lego ecclesie Lyncopensi ad fabricam viginti marchas denar. Fratribus minoribus sudhercopie decem marchas denar., sanctimonialibus in wretom .X. marchas denar., Monasterio jn alwastrum .X. marchas denar., Jtem monasterijs et hospitalibus jn regno swecie constitutis cuilibet tres marchas denar., Jtem cuilibet ecclesie jn cuius parochia curias habeo, marcham denar. et aliam sacerdoti,, Pro istis autem omnibus persoluendis obligo curias meas dudhraholth, strømsrum, alem, legiæwi, et rocnabý cum omnibus bonis mobilibus et immobilibus colonijs, molendinis et singulis pertinencijs intra sepes et extra, volens quod nullus me mortua de dictis bonis se aliquatinus intromittat preter episcopum scarensensem quicumque pro tempore fuerit, quia ipsum exsequotorem constituo huius mei testamentj adiciens quod ipse statim a die obitus mei prouisionem et ordinationem dictorum honorum sibi assumat et libere habeat contradiccione cuiuslibet non obstante, donec per me legata de bonis ipsis integraliter fuerint persoluta, quibus solutis bona predicta ad heredes meos libere deuoluantur, Testes autem qui huic mee ordinationi vocati per me specialiter et rogati interfuerunt sunt isti, videlicet venerabilis pater dominus bryniulphus episcopus scarensis, dominus benedictus ibidem prepositus, haquinus bryniulphsson et magnus waldemarsson quorum eciam omnium sigilla ad instanciam meam vna cum meo proprio presentibus sunt appensa., Actum, Anno, die et loco supradictis.

På frânsidan. De quodam predio in otarstadhum ad mensam episcopi dato ita quod annuatim satisfaciat capitulo scarensi pro anniuersario dantis.

Alla sigillen äro bortfallna.

1867. 1312 d. 16 Sept. Mellan Uglem o. Fæsberg.

KNUT ARNBJÖRNSSON, HARALD af Yllestad, INGIMUND af Tastorp och Kaniken HEMFAST i Skara afgöra tvisten mellan Westgöta Lagman Gudmar och Domprosten Bengt Johansson i Skara, rörande deras ägolotter i skogen mellan Uglem och Fæsberg.

Orig. på perg. i Kongl. Bibl.

Vniuersis presentes litteras jnspecturis. KANUTUS ARNBIORNÆSON HARALDUS de vllistadhū JNGIMUNDUS de tasthorpe et HEMFASTUS canonicus ecclesie

scarensis salutem in domino sempiternam. Cum dudum inter discretos et honestos viros Dominos Gudmarum nunc legiferum Wæsgocie ex vna parte et benedictum iohannis nunc prepositum scarensis ecclesie ex parte altera exorta esset materia questionis super terminis. limitibus seu metis silue eorum inter vglhem et fæsbjærg, asserente legifero et fautoribus suis siluam suam extendi debere per magnum spacium ad quandam incuruacionem vltra metas scilicet dilsio et holæσιο in quas vniformiter consenserunt, Domino preposito et fautoribus suis vice versa referentibus se per eque magnum spacium vel amplius quam per modum clipei vltra dictas metas versus siluam legiferi possidere. Nos ad decidendum inter eos dictam materiam questionis ab ipsis ambobus promittentibus se ratum habere ac firmum tenere factum nostrum seu ordinacionem nostram in hac parte nominati rogati et ordinati arbitri seu arbitratores. vel amicabile compositores, venientes ad locum de quo fuit contencio, et visis transcursis ac notatis diligenter metis in quas vterque prouocauit, iuenientes tam per scripta eorum quam per testes qui videbantur ydonei, immo per verba eorum propria ipsos ambos omnimode concordare de dictis metis dilsio et holasio, et in nullo nisi de spacio inter dilsio et holasio discordare vel dissentire, inde intencione nostra fundata, fixa et firmata. non corrupti precio non ducti fauore, nec timore concussi, sed sequendo equitatem, prout in animabus et conscienciis nostris coram deo volumus respondere, arbitraria potestate nobis commissa vnanimiter et concorditer denunciauimus, quod a dicto stagno dilsio eo loco quo attingunt se vglubæk et stagnum ad rectum visum versus holasio eo loco, quo lapis superficialiter planus, et aliquantulum latus iacet in capite pontis lapidei iuxta dictum stagnum situati sit limitacio seu distinctio exnunc in perpetuum inter siluas eorundem memoratas, jta quod vnus et alter eorum contentus parte spacii de quo erat contencio infra hanc limitacionem adherente silue, quam aute ortam questionem cum pace sine impetitione tenebant, vltra hanc limitacionem seu distinctionem non inpetat prouocet vel inuadat, quam quidem limitacionem sufficientibus certis metis intermediis et apparentibus statim in principio signassemus, si tria nobis non obstitissent scilicet tumultus populi quasi ad pugnam parati, breuitas temporis, quia solum diem habuimus ad hoc factum et densitas foliorum in silua, quia sine fumo non possemus veritatem rectitudinis querere, et fumus in tanta densitate foliorum non posset per tantum spacium veritatem demonstrare et ob has causas hoc omisimus, considerantes hoc arboribus nudatis foliis posse fieri competenter etiam per paucos et quoscumque et quandocumque nuda terra. Hanc autem nostram ordinacionem seu diffinicionem de limitacione premissa antequam

quam de loco recessimus astante multo populo de sæwdal et aschemhærad qui huic facto nostro testimonium perhibere poterit omnium nostrum consensu et consilio publicauimus, et nunc ad euidentiore[m] cautelam huius facti, et viuaciorem memoriam sigilla nostra subiungimus ad hoc scriptum. Actum inter vglem et fæsbyærg anno domini, M^o, CCC^o, XII^o sabbato proximo post exaltacionem sancte crucis.

På frânsidan. Discisio de fæsbiærghum liti jn silua inter dominum gunnarum legiferum et prepositum benedictum iohannis.

Sigillen: N:o 1, 4 bortfallna; N:o 2, 3 (adliga) skadade.

1868. 1312 d. 16 Sept. Mellan Uglem o. Fæsberg.

Samma personer, som i föregående bref, gifva ett kortare intyg om samma gränsbestämning.

Orig. på perg. i Kongl. Bibl.

JN nomine domini amen,, anno eiusdem M^o CCC^o XII^o, sabbato post exaltacionem sancte crucis,, Cum dudum inter discretos et honestos viros dominos gudmarum nunc legiferum wæsgocie et benedictum johannis nunc prepositum scarensis ecclesie orta materia questionis super limitibus seu metis silue eorum inter vglhem ex vna parte et fæsbyærg ex altera placuisset eisdem, quod nos KANUTUS ARNBIORNÆSON, JNGIMUNDUS de tasthorp, HARALDUS de yllistadhūm et HEMFASTUS canonicus scarensis ecclesie licet inutilis decideremus sine debito dictam questionem nos ad hoc nominati, rogati et ordinati arbitri siue arbitratores seu amicabiles compositores, venientes ad locum et transcursis, visis, consideratis, et notatis diligenter metis in quas vterque prouocauit, Inuenientes inter cetera ipsos ambos de duabus metis dilsio scilicet et holæsis concordare et concorditer sentire et in nullo nisi de spacio inter dilsio et holæsis discordare vel dissentire, Ex hoc intencione nostra fundata et firmata communicato consilio et communi omnium nostrum consensu arbitraria potestate pronunciamus et diffinimus, quod a dicto stagno dilsio eo loco quo ipsum stagnum et vglubæk se contingunt inuicem vsque ad memoratum stagnum holæsis eo similiter loco quo lapis superficialiter planus et aliquantulum latus iacet in capite pontis lapidei iuxta ipsum stagnum situati exnunc in perpetuum sit limitacio inter siluas eorundem memoratas ad rectum visum inter ipsa loca Ita quod vnus et alter eorum parte spacii memorati de quo scilicet fuit contencio infra limitationem